

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chytræus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XLVIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

Anno mundi | μνήσκεις, νομοθετεῖ τῷ βίῳ, ὑποτίθει τὰ πρακτέα, καὶ ἀπαξᾶπλως κοινὸν
ταμίον ἐστὶν ἀγαθῶν διδαγμάτων, τὸ ἐκάτω πρόσοφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν
ἐξελίσκεις, vt Basiliius inquit.

Cantores constituit, 1. Paral. 23. 24. 25.

Moritur, 3. Reg. 2. 1. Paral. 29.

2380. SALOMON Dauidi patri succedit, 3. Reg. 2. 3. 4. 2. Pa-
ral. 1. 2. &c.

2934. Templum conditum est.

2970. ROB O A M, sub quo regnum diuisum est.

Caput XLVIII.

ELIÆ, ELISÆI, & ESAIÆ prophetarum, & EZECHIAE Re-
gis encomium continet.

ET propheta ELIAS prorupit quasi ignis, & ver-
ba eius quasi facula exarserunt. Et famem &
difficultatem annonæ induxit super eos, & immi-
nuit eos per Zelum suum. Nam per verbum Do-
mini clausit cælos. Ter quidem orante ipso cecidit ignis de cæ-
lo. O quam insigniter celebris & magnificus es Elia, cum
tuis illis ingentibus & maximis mirabilibus! Quis unquam
tam magnus quam tu? Per verbum altissimi suscitasti mor-
tuum, & rursus ex inferno reduxisti. Tu superbos & reges
perturbasti è lecto suo, & perdidisti. Tu in monte Sina audi-
sti futuram pœnam, & in Horeb vindictam. Tu de regibus
prophetasti, per quos puniendus erat populus, & prophetas
post te constituisti. Tu in tempestate raptus es in curru &
equis igneis. Tu ordinatus es ad puniendum tempore suo, ad
placandam iram, antequam furor iræ venerit. Tu constitutus
ad conuertendum cor patrum ad filios, & ad reuocandas tri-
bus Iacob. Beati illi qui te videbunt, & propter tuam ami-
citiā honorati erunt. Ibi veram vitam habebimus. Cum
Elias raptus esset in tempestate, spiritus eius venit super HE-
LISÆVM opulenter. In diebus suis non pertimuit vllum
principem, & contra omnem potentiam erat inuictus, non su-
perabatur vlla vi. Cum mortuus esset, adhuc prophetabat
corpus eius. Cum viueret fecit signa, & cum mortuus esset mi-
rabilia.

rabilia. Ne in his quidem pœnituit populus, nec respuit à peccatis suis, donec eiekti sunt è terra sua, & in omnes gentes dispersi, donec exigua solum reliquia manserunt, & princeps vnus in domo David. Inter quos quidam fecerunt quod placeret Domino, alij autem grauius peccauerunt. EZECHIAS muniuit urbem, & aqua ductibus excoluit atque instruxit eam, fodit ferro, rupem, & fontes fieri curauit. In diebus ipsius ascendit Sanherib, & misit Rabsacen, & lenauit manum suam contra Zion, & hostili ac maximo fastu illis insultauit. Ibi contremuerunt corda & manus eorum, & angustia vndique pressit eos, vt mulierem parturientem. Et inuocabant misericordem Dominum, & manus suas expandebant ad eum. Et sanctus in cœlo exaudiuit eos citò, & redemit eos per Esaiam. Fudit exercitum Assyriorum, & Angelus Domini contriuit eos. Nam fecit Ezechias quod placuit Domino, & permansit constans in via David patris sui, sicut docuit eum ESAIAS, qui propheta erat magnus, & verax doctrina sua. In diebus ipsius retrò redijt Sol, & addidit regi vitam. Prophetabat mira opulentia spiritus, quid sub extremum futurum esset. Et afflictis in Zion dedit consolationem, qua subinde, & in sempiternum se sustentare possent. Annunciauit futura & abscondita, antequam euenirent.

- | | |
|------------------|---|
| Anno mundi 3031. | IOSAPHAT rex Iudæ factus est. Huius temporibus ELIAS propheta, currus & auriga Israël, dux & gubernator ecclesiæ Dei præcipuus, quasi ignis seu lychnus in aperto lucens prorupit. Et induxit famem super terram, 3. Reg. 17. |
| 3048. | Suscitauit mortuum filium viduæ Sareptanæ, 3. Reg. 17. Superbos reges perturbat è lecto suo, 3. Reg. 21. 4. Reg. 1. Ter orante Elia cecidit ignis de cœlo super legatos Ochoziz regis Israël, filij Achab, 4. Regum. 1. |
| | In monte Sina, qui est HOREB, audiuit futuram pœnam, 3. Reg. 19. |
| | Prophetat de regibus, per quos puniendus erat populus, videlicet de Afahel rege Syriæ, & Hieiu rege Israël, 3. Reg. 19. |
| | Et prophetam Elisæum post se constituit, Ibidem. |
| | Constitutus est ad conuertendum cor patrum ad filios, Malachia 4. |
| | Beati qui te videbunt, vt Christus & Petrus ac filij Zebedæi Eliam in monte vident, Matth. 17. Sed præcipue de cœlestis ecclesiæ consuetudine Syracides loquitur, ad quam ELIAS viuens, cum |

Anno
mundi

cum suo corpore, curru igneo euectus est, 4. Reg. 2.

ELISÆVS in diebus suis non pertimuit ullum principem. Historiam eius integram legant studiosi, 4. Reg. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Cum mortuus esset, adhuc prophetabat corpus eius, & mirabilia fecit, scilicet resuscitato mortuo, 4. Reg. 13.

3225.

EZECHIAS rex populi Iuda, 4. Reg. 17. 18. 19. 3. Paral. 29. 30. 31. muniuit urbem, & aquæ ductibus excoluit eam, 4. Reg. 20.

In diebus ipsius ascendit Sanherib rex Assyriorum, anno 14. Regni Ezechia, 4. Reg. 18. 19. Esa. 36. 37.

In diebus eius retro redijt Sol, 4. Regum 20.

Caput XLIX.

CONTINET encomium IOSIÆ regis, IEREMIAE, EZECHIELIS, ET XII. prophetarum. Item: ZOROBABELIS, IESV SACERDOTIS, ET NEHEMIAE. In fine repetit mentionem primorum patrum Adæ, Seth, Enoch, Sem, Ioseph.

NOMEN IOSIA, est sicut incensum preciosum, & odores ex myrothecio, dulcis est sicut mel in ore, & sicut musica in symposio vini. Diuinus fuit Heros ad conuertendum populum, et ad abolendas abominaciones idolatriæ. Ex toto corde periculi temporibus proiecit se in Dominum, et verum cultum Dei restituit, cum tota terra repleta esset idolatriæ. Præter Dauid, Ezechiam et Iosiam omnes reges prauaricati sunt, nam reliquerunt legem altissimi. Postea finis venit regibus Iuda, Nam coacti sunt regnum suum relinquere alijs, gloriam suam populo alieno. Hi inflammarunt ciuitatem electam sanctuarij, et desertas fecerunt plateas eius, sicuti Hieremias prophetarat, quem crudeliter afflixerunt. Hic in utero maris electus erat in prophetam, ut euelleret, destrueret, vastaret, et iterum edificaret et plantaret. HESEKIEL vidit gloriam Domini in visione, quam ostendit ei ex Cherubim. Prophetauit contra hostes, et consolationem annunciauit his, qui recte faciunt. Et duodecim quoque PROPHETARVM ossa, adhuc virent in loco, ibi quiescunt. Nam Iacob consolando erexerunt, et redemptionem promiserunt, quam certo expectarent. Quomodo ZOROBABEL satis celebrabimus? qui erat sicut an-

Kkk

nulus